Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/299906

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.

20

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. ROM. ATQUE HOD. DOCT. IN FAC. LITTER. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HIPPOLYTHUS DOMINICUS EUGENIUS HUBERTUS COLLAES.

ex oppido Venlo.

PHIL. THEOR. MAG., LIT. HUM., JUR. UTR. ET RER. POL. ET OECON. DOCT.

IN BELGIO.

A. D. XX M. DECEMBRIS, ANNI MDCCCLXI, HORA XI DIM.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLXI.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Epistolis contracta obligatio vires habet ab eo tempore quum responsio revocari non potest.

II.

Si quis alium daturum vel facturum promiserit, nec se nec alium obligat quamquam legatur 5 D. De duob. reis const. (45.2) *nemo est qui nesciat alienas operas promitti posse.*

III.

Quisque habet domicilium, nemo habet duo.

IV.

Conditio ne novae nuptiae contrahantur, adjecta donationi a futuro conjuge pacto antenuptiali factae, non prohibetur art. 194 C. C. N.

V.

Cognatio naturalis quoquo modo probata legitimi matrimonii est impedimentum, nec obstat art. 336C.C.N.

VI.

Si fundus venditur pretio *quo vel venditor vel ejus auctor eum antea emit*, valet emtio-venditio etiamsi uterque contrahentium contractus emti tempore nesciat, quo pretio emtus sit.

VII.

Praeceptum art. 19 Cod. Neerl. de Meth. Proced. in caus. civil. praestat praeceptis art. 48 sqq. ejusdem Codicis Francici.

VIII.

Jusjurandam articuli 13 § 2 C. Merc. jusjurandum est suppletorium.

IX.

Bona, quae obaerato debitori adveniunt, frustra obloquente C°. Martini, curatoribus sunt remittenda.

X.

Universitas nequit delinquere, nec obstat 292 C. P.

XI.

Jure nostro non puniendus abortus conatus quamquam in contrarium arguatur ex art. 317 § 1 C. P. junct. 2 C. P.

XII.

Ebrietas quatenus perturbat mentem, tollit delictum ex art. 64 C. P.

XIII.

Actio poenalis de adulterio ad mariti querelam a ministerio publico introducta, conjugum reconciliatione cessat.

XIV.

Officiales quibus nomen *commissarissen van policie* tenentur deferre superioribus (*officieren van het openbaar ministerie*) omnes delictorum denuntiationes quae sive scripto, sive viva voce factae sunt.

XV.

Gratiam delinquenti a Rege indultam recusare non licet.

XVI.

Forma monarchiae quae dicitur constitutionalis, tuetur cum auctoritatem publicam tum vero libertatem.

XVII.

Exterritoritalitate quoad jurisdictionem criminalem etiam gaudent legati uxor et comites.

XVIII.

Vis foederum, quippe quae ratihabitione sive Principis sive etiam Ordinum Generalium egeant, pendet a Jure Publico cujusvis civitatis.

XIX.

De vermeerdering van het menschelijk geslacht dreigt niet met een algemeen gebrek aan levensmiddelen ofschoon zij op bepaalde plaatsen en voor zekere tijden werkelijke bezwaren oplevert.

XX.

De vrijheid van handel mag en moet beperkt worden volgens de behoeften van den staat.